

Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon. Prieurés et dépendances des origines à 1300. Tome premier., 183

Consuetudo est sancte Dei ecclesie ut nullum sibi recipiat ad peragendum divinum officium, nisi noverit eum prius ab humano servitium solutum. Idcirco ego Manases, humilis abba monasterii sancti Benigni, una cum consensu omnium monachorum jamdicti loci sub norma sacre religioni cummorantium quendam ex familiari nostri loci Barniconem nomine ad sacros ordines promovere volentes, ne a divino misterio expers maneat, concedimus ei cartam libertatis ita ut deinceps liber deserviat, Christi deservio servitio misterio nostro quo detenebatur antea solutus servitio. Et ut a successorum nostrorum veracius appare ad factum, et ut ingenuitatis carte in perpetuum obtineat firmitatis inditium, propriis manibus subternotamus nomina. Ego Manasses concessi. Ermenald sacerdos secundus. Lanterius sacerdos scripsi. Unald levita. Albericus levita. Achard levita. Oddo levita. Matfredus levita scripsi. Rotardus scripsi. Vuaddo infans. Rodulfus infans. Bernilo infans. Ego Vuichelmus scripsi. Datavi die dominico mense maio anno XII regnante Lottario rege.